liber de partibus in quatuor diuisus uolumina incipit(In oĩ cõtéplandi genere & cætera)Harũ auté ptiũ & generationũ doctrina tametsi ea q̃ de pfectioribus ac diuinis ignobilior sit:nobis tamẽ amabilis est : quoniam de iis plura & magis q̃ de illis adiscimus cũ nobis magis domestica sint.,Ordo eius libri ẽ uti diximus: quoniam mox seqtur ad eũ q dicit̃ metheoroꝝ in genere cognitionis causarũ.Ná post mixta inaĩata ĩ libro metbeoroꝝ p causas ptractata:seq debét ipsa aĩalia uti superius probatũ est.& ĩferius magis demõstrabit̃.de aĩalibus uero substãtia prior est cæteris.De ipsa aũt substantia siue essentia materia aptius p̃doceri debet.forma.n. quæ est aĩa cum sit physici corporis organici in potentia uitá habẽtis endelechia:in eius diffinitiõe p̃ciuisse corpus p̃supponit.similiter ẽt eius operatões q̃ non eius solitus sed totius sunt cõiuncti.Ad hæc sicut elementa q̃ similariũ sunt materia ante librũ de ptibus ĩ quo similariũ forma docet̃ ptractata sunt:ita aĩaliũ ptes ad eũ q est de aĩa cũ partes ipse aĩalium sint materia aĩa aũt forma:ptractari debẽt.Nec obstat illud qđ in secundo de ptibus scriptũ deduximus(Ex qbus ná & quot & cætera).In eodem.n.cognitionis genere.s.cognitiõe pp qd liber hiç de aĩaliũ partibus mox seqtur ad eũ q de metheorologia dicit̃.p metheorologicũ nõ solũ id qđ in sublimi fit:uti nomen sonat ĩtelligendo Sed ẽt oẽ id qđ inaĩatũ existens uel ĩperfecte sit uel plene mixtum sicut lapides & metalla & media:ab uno cõi materiali cõficit̃ principio uidelicet exalatione.de qbus oĩbus in tribus primis Aristoteles egit libris.licet in ultima tertii parte de lapidibus & metallis in cõi tantum. At si in diuerso cognitionis genere alterum alteri conferre uolueris.liquet hunc librum de partibus sequi mox ad eum qui animalium historia dicitur.Quorundá.n.eorũ q̃ historia narrat scilicet partium:horũ liber de ptibus causas & pp qd ĩducit. Huius ẽt ordinis testimoniũ habeto ab Aristotele ĩ fine quarti metheoroꝝ & Alexádo cũ eo:uti parũ ante mõstratũ est. Ad hæc.iste ordo ex iis ẽt q̃ in primo de aĩaliũ ptibus scribuntur sic cõprobatur.Ná postea q̃ aristoteles ibidem modũ quo naturalia demonstrant̃ & uiá plenioré ad processum huius disciplinæ demõstrasset:& discussa colligẽs & ptractanda ꝑponés:dixit (Sed quéadmodũ ratio tractáde naturæ ꝓbari debeat:atq; de iis rebus uia apta: facilimeq; cõtemplari docereq; possimus &c.dictũ· iá est.q̃ cũ ita p̃finita explicataq; sint:de iis quæ deinceps sequant̃ agamus:indeq; ordiamur.)iis dictis ipse aristoteles res naturæ in duas partit̃ ptes dicens alias esse ingenerabiles & ĩcorruptibiles diuinas:eæ aũt sunt diuiua corpora. alias corruptibiles de diuinis pauca & minus cõtemplari nos posse dicit qui a nobis remotiora sunt & nostris sensibus.a.quibus nostra pendet cognitio. De corruptibilibus aũt sicuti sunt pláte & aĩalia plura & magis.a.nobis cõtemplari possunt cũ nobis magis familiaria sint q̃uis diuinoꝝ cõtemplatio nobis sit gratior:iis dictis dicta copulás dicendis tandẽ cõcludit. (Sed cũ iá satis de illis egerimus nostráq; explicarimus senrentiá restat ut de aĩante natura diseramus : nihil pro uiribus obmittentes uel uilius uel nobilius.(Ex q bus uerbis clare suscipere possumus in negotio de aĩalibus hũc librũ de partibus in quo ordiné hunc p̃dicat esse primũ dixit aũt uel nobilius.ꝓpter aĩam q̃ est aĩalium nobilior & honerabilior pars.Dixit aũt.uel uilius ꝓpter cetera q̃ sunt aĩalium partes:generationes:& alia: Cum igitur post ptractata proponat se iam de proximo de aĩali natura tractaturum id autem quod de animali natura in hoc libro pertractátur sunt ipse partes quæ: sunt animalium natura cum sint eorum materia:sequitur hunc librum qui de aĩaliũ ptibus agit in reditiõe causaꝝ mox sequi ad metherologicũ negotiũ.& primũ eẽ in negotio.aĩaliũ. Huic aũt libro de partibus cás partiũ inqrenti:primus de historiis liber:secũdus ẽt &:tertii posterior pars:simul cũ priori parte q̃ de partibus ad generationé seruiẽtibus agit:correspõdẽt licet forte prior pars tertii libri q̃ est de partibus ad generationé seruientibus rationabiliter ut inqt Aristoteles libro de aĩaliũ generatione correspõdeat.in quo causas ptiũ ad generationé inqrit.libri ẽt quarti ps illuc usq; ubi de partibus colligens proponit de sensu dicens(ptes aĩalium oĩum interiores exterioresq; generatim tũ propriæ cũ cões ita se habent)eidem libro de ptibꝫ pari mõ correspõdet.In hoc.n.de ptibus libro & ĩ illis de historiis p̃dictis uolumibꝫ: eadé res uidelicet aĩaliũ ptes tractát:sed illic cognitõe qa talia sunt narrádo:hic uero earũ cás.iqrédo. Et hæc satis dcá sint đ eo q ẽ de aĩaliũ ptibus libro.Sũt ĩsup nõnullæ ptes:q̃rũ officiũ est motus aĩalium.de qbus ꝓut motui tali deseruiunt & tales sunt libellum quendam composuit Aristotelis:de cuius ordine mox dicendum est.

Ordo libri de partibus ad motum utilibus qui de progressu animalium inscribitur. Caput IIII.

PRæter dicta nõnullæ sunt ad motũ aĩalium utiles ptes.s.ꝑgressioné natationé uolatum & reptionemq; cum plurimis Insit in cõi q̃dá rraditiõetractari debent.ne forte cũ naturæ cuiusq; aĩalis tractarent̃ : si singulatĩ eas tractare uelemus:idem sæpe ĩutiliter repetere cogeremur Huius libelli necessitaté in primo de partibus libro expressit Ari.dicens (Sunt.n.fortasse quæ cũ eandé sortiant̃ appelationé di scrimine distát spetiei ut animalium Incessus quippe q spetie unus esse minus uideat̃ discrepant.n.inter se uolatio.natatio ,ingressio reptio.quamborem quonammodo tractandum sit latere non conuenit utrum ĩquam primum comuniter,per generis cõplexionem:postea uero res ꝓprias considerare oporteat.an potius quæq; p̃sequi singulatĩ rectius est) Et q̃ de ptibus unũ fecerit librũ q de ĩgressu dr̃ testis ẽ ẽt ipemet Aristoteles quarto de ptibus libro dicés. Cá quáobré id pedibus uacet).s.serpẽtum genus(redidimus cũ de gressu aĩliũ ageremus)post hoç eodé libro ab eo sic scribitur.(De inflexu curuarum partium consideratũ iam ẽ cũ de coĩ aĩalium gressu ageremus(: Neq; p hoc uerba sumere debemus librũ de progressu p̃cedere ante libros de ptibus.non.n.uerba hæc hoc in loco ordinis causam apposuit. Sæpe enĩ de aliqbus se scripsisse dicit cũ tamen liber in quo de talibus egit ordine doctrinæ postponi debeat.similiter de aliqbus se tractatuꝝ dicit q̃:tamé ordine doctrĩæ p̃cedere debẽt. nihil.n.talia uerba in principio aut fine libroꝝ aut in calce uel principio alicuius materiæ cũ ptractádæ uel ptrctatæ.scripta fuerint ordinem certum non significabunt ut inferius clarius patefiet. Hæc igitur uerba hic posita huius libri p̃fatum non tollũt ordinem.Incipit aũt hic liber ϖέρι ζετῶν χρηστιμῶν μοριῶν τοῖσ ζωισ ϖοδοσ την κινησιν qđ sic interpretat̃. (De ptibus aũt utilibus aĩalibus ad motũ &c. Hunc aũt librum & græce & latine interp̃tatũ & uidimus & hẽmus. Ordo aũt eius est quoniá ad eũ mox seqt̃ q de ptibus aĩalium nũcupat̃. Est.n.ptiũ cogni

tionis fere cōplemētū cū ī ipo nōnullæ aīaliū ptes ptractēť.Seorsum aūt heæ ptes ad motū utiles: ab aliis q̄ ī li
bro de ptibus disptatæ sunt:ī uno quodā cōi traditæ.sunt libro:quoniā ea p se ī uno sermōe coī ptractari postu
lant:quæ ī uno ēt coī cōueniūt genere.Huius ordinis testimomoniū hinc potius accipimus:quoniā ī fine huius
libri nō mō ea q̄ de ptibus ad motū utilibus epilogādo colligit.uerꝝ cætera quoqꝫ de ptibus ad librū de ptibus
spectātia ante eas q̄ ad motū utiles sūt resūpsit dicēs(Quæ qdē igiť de aliis ipsis ptibus:& eaꝝ q̄ circa ꝓgressum
aīaliū & circa oēm scđm locū mutationē hūc habēt modū iis āt determinatis cōseqns est speculari de aīa.)Illud
enim (Quæqdem de aliis ipsis ptibus)epilogus est libri de partibus.residuū āt est epilogus huius nunc instātis
libelli ex qbus satis patet librū hunc de ptibus ad motū ad eū mox seq librum qui de partibus dicitur. adhunc
autem de partibus ad motū:statim sequi eū qui est de aīa:q̄ est altera assentiæ aīalis pars:Quo circa sermo ille
quo in fine de partibus scriptū reperitur(Seqtur ut de generatiōe aīaliū diseramus)uiciatus agnosciť mutata
dictiōe illa ϖορησ.i.pogressu in illā γενέσεωσ.i.generatiōe ut uerus sermo fuerit(Seqť ut de ꝓgressu aīaliū di
seramus)De quoqdē errore.& erroris huius seu deceptiōis ac uicii cā:diffuse satis īferius disputabiť. Huic aūt li
bro de ptibꝰ ad motū nihil determīati rūdet ī historiis:sed pluria de ptibꝰ nūc ad gressū nunc ad uolatū nōnūq̄
ad natationē reptionēqꝫ utilibꝰ ī historiis ptiū passim đtermīata sūt.de ordīe igiť eiꝰ libri q đ ꝓgressu seu ꝓcess
su uel īcessu aīaliū īscribiť hactēus hæc dcā sint ī quo mäīe pricipiū aīaliū exceptis ptibꝰ gñatōi đ seruiētibꝰ cō
plemētū suscepit.post qđ forma ipa.i.aīa tāq̄ altera essētiæ ps merito succedere debet. Ordo libri de aīa.Ca.V.

Ltera igitur animalium essentiæ pars ultra materiam seu partes quæ ignobiliores sunt est aīa q̄ est pars
a nobilior & aīaliū forma.huius.n.cognitio nobilissima ac utillima.nō tātū dixero naturali scientiæ.uerū
etiā ad cæteras scientias.est.n.aīalium principiū.neqꝫ res p solam cognoscitur materiam.physici.n. diffi
nitio ea est potissima q̄ ex materia ac forma & eo unde principium motus conficitur . ut dicitur libro primo
de aīa.sic.n.scimus unūquodqꝫ qd est & pp qd est cū materiā & rōnem hēmus : maxime aūt cū ambo & unde
principiū motus & generatiōis & corruptiōis.uti dixit ī fine libr metheoroꝝ.Quare ad aīalium uerā cognitio
nē nō solū ptes q̄ sunt materia:sed ēt aīa q̄ est forma:& magis aīa q̄ ptes cognosci debēt : Vt in arte factis.si.n.
lectulus cognosci debeat:nō satis ē scire lignū qđ est eius materia nisi uirtutē illā quoqꝫ qua tale qd est lectulus
agnoscamus.a simili in natura.si hō uel hoīs ps sciri aut cognosci debeat:puta Caro aut sanguis : nō sufficit eius
scire materiā.s.elemēta uerꝝ ui q̄ tale qd ē cognoscere oportet.hoc āt ē ipsius forma & rō.sic đ.cæteris fieri opor
tet.nō igiť satis ē ptes pscīuisse corpis si aīal cognoscere curamus:nisi ēt eius forma.s.aīa cognoscať. hoꝝ fides
ab Aristotele ī prīo libro de ptibꝰ sic accipiť.(Quod hō cæteraqꝫ aīalia mēbraqꝫ eoꝝ natura cōstēt dicēdū ꝓse
cto de carē & osse de sāguīe deniqꝫ de oībꝰ tā simili q̄ dissimili strue cōpactis.ut de facie đ māu de pede:q̄ qđqꝫ
eoꝝ tale sit:& q̄ ita ꝯstēt facultate siue uirtute.Nō.n.satis ē eatēus tātū nosce qbꝰ rebꝰ cōpositū sit ut igne ter
raue:sed pinde agēdū ut si đ lecto aut đ q uolibet alio generis eiusdē agereť.formā.n. potiusq̄ materiā declarař
tēptaremꝰ)qbusdā deniqꝫ iterpositis rediēs cōcludit(Cū hæc inq̄ statui ita dūt hoīs naturæ studiosi sane īterest
de aīa & discere & scire)& paulopost (Nā ob eā ēt rē q de natura agit eo āplius docere đ aīa q̄ de mā debet . q̄
mā natura potius p aīam q̄ e contra ē)Et hæc satis de necessitate traditiōis de aīa de q̄ ī uno agiť libro ī tria di
uisō uolumīa. q Incipit(Bonoꝝ & honorabiliū noticiā opinātes &c.)Ordo āt eius ē quoniā ad librū đ ptibꝰ ad
motū aīaliū utilibus īscriptum:nullo interposito consequitur.q de progressu ēt aīaliū dicitur.Nam cum ī prīo
de ptibuꝰ dicat nō satis esse de lectulo scire materiā.si lectuli cognitio plena haberi debeat: sed fore necessariū
eius quoqꝫ formā cognoscere:p hoc nobis tacito indicat eloquio: ꝙ ante formam ipsam mareria præcognosci
debet.Hoꝝ testimoniū ut diximus est epilogus in fine libri de ptibus ad motū utilibus positus:quo scriptū est
(Quæ igiť de cæteris ipsis ptibus q̄ circa ꝓgressū aīaliū circa oēm scđm locū mutationē hūc hūt modū: iis de-
teriatis ꝯīis ē speculari de aīa.) Cognosciť ēt huius ordīs ueritas eo quo ī fine de cā motus aīaliū in cōi sic scri
ptnm est.ϖερι μεν ουν των μοριων εκαστου κων ζωων: και ϖερι ψυχμσ. ετι δε και ϖερι αισθυσεωσ και
μνημησ. και υπνου και κοινησ κινησεωσ ειρηκαμεν. Τασ αιτιασ :λοιπον δε ϖεριγενεσεωσ ειπειν.Q đ sic
īter ptať(De ptibꝰ qdē igiť uniuscuiusqꝫ aīaliū & de aīa:Adhuc āt & de sēsu & mēoria & sōno & cū motu dixiꝰ
cās.Reliquū āt de gñone diceť)In hoc.n.cōi ac gñali ad eēntiā & opatiōes ꝓpinqs epilogo:post aīaliū ptes:cū pti
bus eas ēt aphendēdo q̄ ad motū sunt utiles:mox collegit ipsam aīam.Hunc ēt ordinē alexāder aphrodiseus ī li-
bro metheoroꝝ uti supius dixiꝰ approbauit cū dixit post metheorologica seq librū de ptibꝰ aīaliū.Ipse ēt suo
de aīa libro sic scripsit.(Quare si ea q̄ comede & apte de aīe substātia ꝓferuntur cōtraditiōibus īplicare nō uolu
mus: primo loco ipse possidētis aīam corporis apparatus cōtēplādus ē:& internarū iuicē externarūqꝫ ptiū cū ip
so uenustatis & pulcritudinis cōcētu :lex & dispositio conqrēda. Simul.n.hæc ipa speculati fuerimus : haud q̄q̄
ulterius admirabile & nřī opiniōe maius eē uidebiť ut ī corpe supra q̄ opiari possumus mirabiliter atqꝫ ambi-
tiose disposito aīam tot in se motionū pricipia possidēs contineať.)Ac si diceret si sūba aīe & eius uires & opa-
tiōes āte corpus corpisqꝫ ptes ptractēť: ī ambiguis īuoluemur dificultatibus minime credēdo q̄ de aīa ptracta-
bunť:credētes quæ sunt de aīa supra nřam opinionē existere sed si corpus corpisqꝫ ptes tā īteriořs q̄ exteriores
eorūqꝫ cōcētū(qđ ī libris de ptibus fit)ꝑsiuerimus:nihil qđ postea tractabiť đ aīa mirabile uidebiť:neqꝫ sup uiřs
nřas:sed corpis uēustati & ptiū cōcētui potius cōuenire: Hūc ēt ordinē pachieris græcus sūmas Aristo.libroꝝ
scribēs diligēter obseruauit:post ptes.n.aīaliū:de ptibꝰ ad motū utilibꝰ scripsit.Post has uero đ aīa ipa.Aueroys
etiā in paphrasi uel sūma dicať libri metheoroꝝ dixit.)Nā liber in quo loqť de mēbris aīaliū & eoꝝ utilitati-
bus ꝑcedit librū de aīa)Errauerūt igiť q librū de aīa:cæteris q̄ ī tota methodo de aīalibꝰ tradita sūt:īscie ꝑpo-
suere:sed đ hoc planius īfra.Huic āt li.de aīa nihil determīati rūdet ī historiis:sed cognitio qa ē & pp qd de ipsā
aīa:ī eodē tradiť li.aut forte illđ paꝝ qđ de sēsibꝰ ī historiis doceť Cū.n.aīa pricpiū eēt nō aīaliū solū sed & uiuē
tiū oīum:satis fuit artifici īgēioso de aīalibꝰ agēti semel aīaliū limites exiř.Cū.n.post aīaliū ptes expeditas q̄ sūt

eoꝝ materia:de aĩa aĩaliũ forma mox agere cogeret:īepta aũt eēt aĩaliũ doctrĩa ſi de ſola aĩaliũ aĩa ꝑtractaſſet:
Iccirco poſt ꝑtes ꝑdictas neceſſariũ fuit ſimul cũ aĩa quæ eſt aĩaliũ forma:uegetabiliũ quoqꝫ potẽtias ſimul per
tractare.& ſic aĩalium limites parũp exire.uegetatiua.n.aĩalium & plantarũ eandem habent naturam & ꝓprieta
tes opõneſqꝫ cões:ſic ẽt ſẽſitiua brutoꝝ cũ ſẽſitiua hoĩs ĩ eiſdẽ fere cõueniũt naturis ac ꝓprietatibꝫ:q̃re ꝑ utriſqꝫ
in eodẽ loco tractari licuit:aliter earũ altera ſupflua fuiſſet tractatio.& inutilis repeticio.Rationabiliter itaqꝫ li
cuit Ariſtoteli de animalibus agenti:& de aĩalium aĩa docenti:parũper & ſemel animalium limites pertranſire
& uegetabilium terminos attingere:dũ de theoria cauſaꝝ ſcrutaret̃.Vanũ igit̃ ac ſupfluũ fuiſſet:ſi dũ hiſtorias
tractaret pari quoqꝫ mõ aĩalium limites de uegetabilium ſimul & aĩalium aĩa idẽ ſupflue tractaſſet. Tanto ma
gis cũ ea q̃ de aĩa docent̃:nõ plurimo ſed pauco cõphenſa ſunt numero: & ꝙ talia ſint oĩbus fere notum eſt.
Quiſqꝫ.n. cognoſcit uegetabilia & aĩalia nutriri:augeri:ac generari:q̃libet agnoſcit ꝙ aĩal uidet:ꝙ audit: ꝙ gu
ſtet: ꝙ odoret:ꝙ tãgat:ſenſatorũqꝫ imaginatiões habeat.Quare hiſtoria in iis a cõtẽplatiõe cauſarũ ſepati minĩe
tractari debuit: & ſi fcã fuiſſet ſupuacanea foret.At ſi de uita uitæqꝫ cognatis q̃ uiuentibus oĩbus ſicut aĩa cõ
munia ſunt bis in plantarũ & aĩalium doctrina ꝑtractatũ ſit.ſ.in hiſtoriis & in cauſarũ cõtemplatiõe. nõ ꝑ hoc
ad aliena de iis ĩutiliter trãſgreſſus eſt.de illis.n.in cauſarũ reditione:& in hiſtoriis aĩaliũ prout aĩalibus inſunt
tractatũ eſt.prout aũt uegetabiliũ paſſiões ſunt:cũ rõnes ab aĩalibus & cauſas ĩ multis alienas habeãt:alioꝝ erat
ratio:alibi tradenda.ut inq̃t Ariſtoteles ĩ fine de cauſis longitudinis ac breuitatis uitæ.ubi cũ de eis ꝓut aĩalibꝫ
ſpectãt tractauerat: de eiſdẽ ſe denuo ꝓut uegetabilibus attinent ꝑtractuꝝ pollicet̃:ſecus ãt ab iis eſt traditio de
aĩa quoniã ea q̃ de uegetatiua aĩalium tractantur: eadẽ & eiſdem rationibus de uegetabiliũ aĩa diſputari debẽt
Et hæc ſatis ſint de neceſſitate ac ordine libri de aĩa:in quo totus cõpletur ordo libroꝝ:qui de animalium ſub
ſtantia ſiue eſſentia agunt:nunc ad ulteriora procedendum eſt.

Quod neceſſe fuerit tractaſſe de quibuſdam operatiõibus:& q̃ prius ante generationem.& quæ poſterius poſt animalium generationem tractari debuerant. Capur. VI.

e Xpedita aĩalium eſſentia: nunc ipſarum operationum ordo dicendus eſt.Operationes aliæ ſunt ſingulis
animalibus propriæ:de q̃bus in illis libris diffiniri debet:ĩ quibus ſinguloꝝ aĩalium docent̃ naturæ.uel
naturæ illæ ꝑtes eoꝝ ſint aĩalium & de iis in libris de partibus:uel generationes & de iis in libris de ge
neratione aĩaliũ. aliæ ſunt pluribus cões:& heæ duplices.aliæ.n.ſolis cõueniũt aĩalibus.heæ aũt ſunt.ſenſus:me
moria:ſomnus & uigilia motus.Aliæ uiuentibus oĩbus:heæ ãt ſunt.uitæ lõgitudo & breuitas. iuuentus & ſene
ctus: mors & uita lãgor & ſanitas:de unaquaqꝫ harũ cũ pluribus cõmunes ſint:ĩ ſingulis libris agendũ ẽ:ne idẽ
inutiliter repeti cõtingat.Cæterũ cũ iſtæ operatiões ſecũdũ perypatheticos totius ſint cõiũcti:nõ aũt ſolius aĩæ
nec ſolius corporis:ut in libro de aĩa demõſtrat̃:& in principio libri de ſenſu & ſenſibili.Iccirco doctrinam aĩæ
& corporis ſeu ꝑtiũ ſeq debẽt.Doceri.n.debet uti diximus unaquæqꝫ ſeorſum ĩ ſingulis libris:ſiue earũ naturæ
numero ſolo differant.ſiue ſpecie.ne forte idẽ cõtingat inutiliter reiterari:uti in primo de ꝑtibus oſtenſum eſt:
ſub iis uerbis(Sunt.n.complura q̃ eadẽ in multis generibus diuerſis inter ſe ſint Somnus .ſpiratio.auctio. Di
minutio mors:ad hæc reliqui id genus affectus & diſpoſitiões: nihil.n.adhuc certi exploratiqꝫ hẽtur q̃d de iis
dicere poſſumus uidelicet an generaliter de unaquaqꝫ in ſingulis locis an ſingulatĩ in unoquoqꝫ:tractari debeãt
& poſt pauca(Sed cũ ſingulatĩ agimus:eadem ſæpe de multis referre neceſſe eſt) Vt igitur ab hac inutili cauere
poſſimus repetitiõe:ꝑcepit ariſt.ut de ſingulis iis ſingula cõis tamẽ fiat cõtẽplatio. Hoꝝ ãt ordo ẽ quoniã heæ
opatiões aĩali ꝓpinquæ eũ q eſt de aĩa librũ mox cõſequunt̃:cões ãt oĩbus uiuẽtibus tractari debẽt interpoſita
aĩaliũ generatione:iis uerba libri de ſenſu & ſenſibili teſtimoniũ ſunt quibus in principio ſic ſcriptũ reperitur
(Quoniã ãt de aĩa ſcd̃m ipſam determinatũ ẽ prius:& de uirtute q̃libet ex ꝑte ipſius:cõſequẽs ẽ facere cõſidera
tionẽ de aĩalibus & uitã habẽtibus oĩbus:q̃ ſunt ꝓpriæ & q̃ cões opationes ipſoꝝ).i. poſt ſpeculationem de aĩa
ſecũdũ ſe:& de unaq̃qꝫ potẽtia ex ꝑte ipſius aĩæ:iam iã cõſiderare oportet:q̃ nã de ipſis aĩalibus & cõiter uitã ha
bẽtibus ſint opationes ꝓpriæ:& q̃ cões ꝑ ꝓprias ĩtelligẽdo eas q̃ ſolis cõueniũt aĩalibus. nõ aũt uni ſoli ſpetiei
ſed pluribus :q̃ ſunt ſenſus memoria Somnus & motus: ab apetitu ꝓueniẽs. ꝑ cões uero eas q̃ nõ ſolũ aĩalibꝫ
Sed oĩbus uitã habẽtibus cõueniunt:ut uita cũ morte & ſibi cognata.ſ.iuuentus & ſenectus.lãgor & ſanitas:Re
cte poſita ẽ illa ꝑticula(de aĩalibus)ꝑ hanc.n.nobis inſinuat id q̃d de ꝓximo ꝓbaturus erat. & libro de aĩa iam
ꝓbauerat:uidelicet ꝙ ꝑfatæ opatiões:nõ ſolius aĩæ nõ ſolius ſunt corpis.Sed potius totius cõiuncti ſunt paſſio
nes.Sũt ãt de hiis aliq̃ ſolis cõueniẽtes aĩalibus .ſ.ſenſus mẽoria ſõnus motus ĩſpiratio:pp q̃s dixit(de aĩalibus)
cũ ſolis iſtæ aĩalibus conueniant.Sũt & aliæ uiuentibus oĩbus cões.ſ.mors. uita .iuuentus ſenectus.langor ſani
tas:quaꝝ occaſione dixit(& uitã habentibus oĩbus)De primis ãt q̃dã ſunt q̃ paucis uel ſaltim nõ oĩbus cõueni
unt.ſicuti eſt inſpiratio.licet ſolis animalibus conueniant. Corrigat autem uerba ſua nicoletus de thietis q de
librorum phyſicæ doctrinæ ſcribens ordĩe falſo credidit: uerba illa(de animalibus & uitam habentibus omni
bus) Ariſtotelem uoluiſſe librum de plãtis: & librum ex tribus confectum:quẽ comuniter uocant de aĩalibus:
credens hũc fuiſſe ariſtotelis ſenſum. ꝙ poſt librum de aĩa interpoſitis operationibus:ſequat̃ liber aĩaliũ & plã
tarum.nõ enim hoꝝ uerboꝝ neqꝫ ariſtotelis talis fuit ſententia.ſenſit enim ariſtoteles ꝙ poſt tractationẽ de aĩa
cõſequens eſt facere cõſiderationem q̃ ſint propriæ & quæ cões opationes eoꝝ aĩalium & uitã habentiũ omniũ
ac ſi diceret ex quo de toto negotio aĩalium & uegetabiliũ iam expedita eſt doctrina de aĩa ultra ꝑtes ipſas:nũc
de ipſis aĩalibus & uitam habentibus oĩbus:decenti ordĩe facere debemus cõſideratiõẽ:quæ eoꝝ ſunt ꝓpriæ
quæ cões operationes.ex iis igitur palã factũ eſt ꝙ propriæ aĩalium opõnes ſingulis aĩalibus attributæ in ſuis
locis ſingulatim partim tractatæ & partim tractãdæ ſunt.ſ.in libris de partibus & libris de aĩalium generatiõe
Comunes aũt:uel ſolis aĩalibus ſint cõueniẽtes:q̃ aĩalium ꝓpriæ ẽt dicunt̃:uel oĩbus ẽt uiuentibus ſint cões:cõi
quadam cõtemplatione in ſingulis libris tractandæ ſunt & haꝝ doctrina ad librum de aĩa ſequi debet.Ad hæc

illud quoqꝫ nos latere non debet ꝙ dictaꝝ operationũ nonnullæ animali propinquæ & essentiales fere putari debent. scilicet sensus memoria somnus & uigilia motus sequunť.n.aĩal inquantũ sensitiuũ est. quod est aĩal. essentiale Quare cũ aĩalis eẽntiæ sint affines: merito mox post aĩaliũ essentiã ãte cæteras exteriores determinari debent. Cæteræ.n.s.uita cum morte iisqꝫ cognata: cũ aĩalibus cõiores sint: & ab eoꝝ essentia: remotiores: post pfatas essentiales doceri debent. Interposira tamen aĩaliũ generatione. Et merito quoniã naturæ pcessu uita & mors: iisqꝫ cognata: animalium generationẽ cõsequuntur prius.n.animal generatur dehinc uiuit: Post hæc moritur tandem. Hunc ordinem inuuit Aristoteles in libro de sensu: & sensibili cum dixit (Quæ igitur dicta sunt de anima subiciantur. de reliquis aũt dicamus: & primum de primis). non dixit de prima. sic enim omnes esse conuicinas: absqꝫ interpositione generationis: demonstrasset. sed dixit (De primis) per hoc duplex opationũ genus esse ostendens. seqꝫ tractaturũ prius de primo genere scilicet de ppinquis fere essentialibus. De reliquo uero remotio: um genere. s. uita cum morte & iis cognatis: posterius suo loco: generatione animaliũ interposita in tertia ac ultima parte se pertractaturum. Et merito uti dictum est nam post animalium generationem naturæ cursu uita & mors iisqꝫ cognata succedunt. prius.n.anima a callido participatur. post hoc fouetur. & manet quippe cum generatio sit participatio nutritiuæ animæ ĩ callido naturali. uita uero eius mansio. In testimonium horum sumito id quod in superioribus de triplici animalium scibili & ordine. s. substantia cum operationibus propinquis; generatione: & uita: de sententia Aristotelis: Theophrastiqꝫ in plãtis sui preceptoris uestigia prosequentis: elucidatum est. Ad hoc in historiarum libris quorum ordinis uestigia libri qui causas inquirunt: in q̃ pluribus imitati sunt: post animaliũ partes. de sensu agitur & somno: memoria prætermissa. Dehinc generatio animaliũ. ultimo loco uita ũtæꝗ cognata docentur. s. longitudo ac breuitas uitæ reiuuenescẽtia langor & sanitas. Non lateat nos insuper ꝙ de prefatis operationibus: q̃tuor Aristoteles inprincipio de sensu & sensibili nuncupauit coniuga. unum uidelicet de propinquis animali operationibus sumens. s. somnum & uigiliam De secundo uero genere uidelicet remotiori tria sumpsit cõiuga. quæ sunt mors & uita. iuuentus & senectus. inspiratio & expiratio. Duo enim priora de his tribus non sunt propinqua cum pluribus aliis ab animali cõueniant. Tertia aũt coniugatio scilicet inspiratio & expiratio: licet solis insit animalibus non tamen in propinquo genere locanda est. cum paucis admodum insit animalibus. potissime cum natura magisq̃ sensu fiat aliquo aut electione At langor & sanitas a predictis quodãmõ alienæ sunt. cũ artificio q̃ndoqꝫ nõ sola natura ut cæteræ: fiãt. quare seiunctim ab eis tractandæ sunt. Sunt igitur uti diximus coniuga quatuor ait.n. (Existunt autem horum mox quatuor coniuga numero: uelut uigilia somnus: & iuuentus & senectus: & inspiratio & expiratio. & uita & mors). Quare aũt hoc de iis coniugis in hoc loco introduxerim inferius suo notificabitur loco. Quod igitur necessariũ fuerit singulos cõdere libros de operationibus singulis: pluribus animalibus & solis attinẽtibus; sicut est sensus memoria somnus & motus: & de iis quæ nõ solum animalibus sedetiam omnibus uitam habentibus conueniunt: ex iis palam factum est. Demonstratum est etiam ꝙ illud genus operationũ quæ solis animalibus & pluribus aut omnibus cõueniunt: quæ essentiales dici possunt: mox sequi debeat ad eam doctrinam quæ tradita est de anima: Alterũ uero genus quod est de operationibus remotioribus: omnibus ẽt aĩalibus attinẽtibus: interiecta generatione. posteriori in parte expediendum sit: ostensum est operationes autem quæ particulariter unicuiqꝫ appropriãtur aĩali: iis in locis tractandæ sunt ubi illoꝝ aĩalium natura: siue sint partes: siue generatio sit illa natura: demonstrata est. Iis igitur necessario p̃sc tis: ad ordinem illoꝝ libroꝝ particularem in quibus dictæ operationes tractandæ sunt: descendendum est. inter quos primo ad eum qui de sensitiuo & sensibili inscribitur: Incipiendum est.

Ordo particularis libti de sensu & sensibili. Caput VII.

q Vid sit sensus & quid sentire prout ab aĩa principium habent: determinatum est in libro de anima. dicente eo ĩ libro de sensu & sensibili (Sed de sensu & sentire quid sit & quare accidit aĩalibus hæc passio dictum est prius ĩ iis quæ de aĩa) Cæteꝝ consideratio de sensibili secundũ se cõsiderato q̃dnam est: similiter de sensitiuo organo quale q̃d unũquodqꝫ est: puta utrum uisiuum sit ex aqua uel igne: odoratiuũ ex igne uel alio: & de similibus nũdũ ostẽsum est. Sed de iis sensibilibus & sensitiuis sub hoc modo acceptis ĩ hoc libro de sensu & sensibili consideratio fit. Et hoc est quod Aristoteles in libro de seusu & sensibili uoluit cum dixit. (De sensibilibus aũt iis secũdũ unumq̃dqꝫ sensitiuũ: puta dico colore & sono & odore & gustu & tactu: uniuersaliter dictum est quæ actio ipsoꝝ ĩ hiis quæ de aĩa. & quid opari secũdũ unũq̃dqꝫ sensitiuoꝝ. quid aũt oporteat dicere quodlibet eoꝝ. s. q̃d color q̃d sonus q̃d odor q̃d sapor similiter & de tactu: considerandume st: & primum de colore. est quidem igitur unũquodqꝫ dupliciter dicendum hoc quidem actu. Hoc aũt potẽtia: quõ quidem igitur actu color & sonus quõ est idem uel alteꝝ iis quæ secũdũ actũ sen sibus puta uisioni & auditioni: dictum est ĩ eis quæ de aĩa. quid aũt unũq̃dqꝫ eoꝝ existens faciat sensum & actũ: sic dicamus). Per hæc supiora patet de sensu & sentire: similiter de sensitiuis & sensibilibus: tradirã esse doctrinam: & in libro de aĩa & in hoc libro. sed in utrisqꝫ differenter. nam in libro de aĩa quænã sit sensibiliũ insensitiua actio. similiter quid sit sentire absolute factum a sensibilibus insensitiua. Sed in hoc libro non hoc modo de sensibilibus ut absolute agunt insensitiua. sed de eis quidnã in se sint. puta quid sit color & sapor. & similiter de sensitiuis non simpliciter prout ab ipsis sensibilibus patiunť. sed quidnã unũq̃dqꝫ eoꝝ secundum suam sint substantiã ad recipiendã sensationem aptam. puta quid sit uisus instrumentum & auditus: qualẽqꝫ naturam habeant ut aptam possint pati sensationem scilicet ex igne uel aqua uel similibus cõfecta: Amplius de ipso opari quod est sentire in hoc libro non absolute prout a sensibilibus insensitiua fiat. Sed de ipso agit sentire puta uidere prout a colore non absolute. Sed ĩquantũ talis est naturæ. s. extremum prospicui in corpore terminato: insensitiuũ tale ex tali elemento cõfectum ad talem opationem aptum: pducitur. Hoc igitur modo sensus ipse: & ipsum sentire: & ipsa

ſenſibilia ac ſenſitiua ſub inſtantis libri cadunt ſpeculatione. Ordo autem huius eſt quoniam primus eſt inter eos qui de operationbus agunt propinquis:& animali eſſentialibus magis & mox ſequitur eum q eſt de anima: eo ſic dicente in huius libri principio(Quoniam autem de anima ſecundum ſe ipſam determinatum eſt prius: & de uirtutum qnalibet ex parte ipſius:conſequens eſt facere conſiderationem de animalibus & uitá habentibus omnibus.quæ ſunt propriæ & quæ comunes operationes).In fine quoqꝫ libri huius expedita prius claudés ait(De ſenſitiuis quidem igitur & ſenſibilibus quomodo ſe habent & comuniter & unũquodqꝫ ſenſitiuũ dictũ eſt:reliquum autem primum fit facile conſiderare de memoria & reminiſcentia & ſomno) Ex quo itaqꝫ cæteri hunc ſequuntur librum hic merito primum poſt librum de anima tenebit locum:In fine etiam eius q de motu animalium poſt animalium eſſentiam quæ in libro de aía completur:ea mox colligit quæ de ſenſu egit. dicens(De partibus quidé igiẛ uniuſcuiuſqꝫ animalium & de aía adhuc autem & de ſenſu & memoria & ſomno & comuni motu diximus cauſas)poſuit hoc aduerbium(adhuc)ut per hoc operationes ſecundo loco pertractatas ab aíaliũ eſſentia prius diſcuſſa ſepararet.Huic libello ea admodũ in hiſtoriis pauca correſpõdent : quibus circa finem quarti libri poſt eorum quæ de partibus ſcribuntur collectionem:ſic ſcriptũ eſt(Nunc de ſenſibus diſeré dum eſt)licet hæc aliquo etiam modo libro de anima cõuenire poſſint . Quæ locorum in hiſtoriis ac theoriæ cauſarum debita congruentia:prefatum ordinem pleniſſime nobis oſtendit.Et hæc ſufficiant de ordine libri q de ſenſu & ſenſibili comuniter nuncnpatur.

Caput. VIII.

Otdo libri de memoria & reminiſcentia

Emoria & reminiſcentia fiunt cum iam ſenſatæ ſpecies in animæ theſauro reconduntur.ac demum co-
m gnitione in animalibus uel diſcurſu concurrente in hominibus ſolis:reuocantur. Ordo autem huius libri eſt quoniam mox poſt librum de ſenſibilibus & ſenſitiuis collocaẛ.palam fit hoc ex iis quæ ſuperius diximus.nam poſt collectionem exactorum in libro præcedéti de ſenſibilibus & ſenſitiuis:ſubiũgit Reliquorum autem fit facile primum conſiderare de memoria & reminiſcétia & ſomno) Huic libro nihil determinate reſpondet in hiſtoriis. licet hincinde paſſim plura de his ſcripta ſint.cum nonnulla animalia aliis prudentiora ſæpe dixerit: Et hæc ſatis ſint de eo libello qui de memoria & reminiſcétia inſcribitur.qui ſic incipit(De memoria quidem igitur & reminiſétia dicédum quid eſt.

Caput VIIII.

Ordo libri de ſomno & uigilia.

Xpedito ordine libri de memoria & reminiſcétia de ordine libri de ſomno & uigilia agédum eſt. In hoc
e enim libro primo de ſomno ſecundo de ſomnio agit. Vltimo de ſomnioꝝ diuinatione.Incipit aũt(De ſomno autem & uigilia conſiderandum quid ſint)Eſt autem ſomnus & uigilia unum de quatuor coniugatis:in libro de ſenſu & ſenſibili ab Ariſtotele ſic nuncupatis.eſt enim genus unum operationum animali propinquarum:quare tametſi una ſit de quatuor cõiugationibus:ſeorſum tamen a reliquis tribus quæ ſunt ab aíali remotiores:ſimul cũ operationibus propinquioribus ;quæ non ſũt cõiugationes: tractari debuit. Vigilia enim eſt ſenſuum operatio.ſomnus autem illorum priuatio aut remotio:proprias uterqꝫ habens cauſas. Ordo autem libri huius nec in principio libri nec in fine ab Ariſtotele poſitus eſt.iis enim duobus in locis ordinare non licuit cum eius ordinis certum locum in fine libri de ſenſu & ſenſato ſimul cum memoria propoſuerit dicens (Reliquorum autem primum fit facile cõſiderare de memoria & reminiſcentia & ſomno) Quare poſt eũ qui de memoria & reminiſcentia:mox ſequi debet ille liber qui eſt de ſomno & uigilia.huic libello in hiſtoriis ea reſpõdet pars ĩ qua:poſt ſenſus:poſt uocem de ſomno licet breuibus ſermoneqꝫ ſuccincto ſic agitur.(De ſõno & uigilia aíalium nulla quæſtionis obſcuritas eſt &c. Satis itaqꝫ hæe ſint dicta de ordine eius libri qui de ſomno dicitur.& uniuerſaliter de ordine libroꝝ eoꝝ qui de operationibus ſenſui principaliter attinétibus: agunt.Nunc ad eum qui eſt de cauſa motus aíalium in comuni deſcendamus.

Caput X.

Ordo libri qui de cauſa motus aíalium in communi agit.

Otus aíalium tametſi nõ ita ſit aíali propinquus cum nõ omne aíal de loco ad locum: licet in loco mo-
m ueatur:ſicut ſenſus:eſt tamé eidem propiquis ualde.Hác propíquitatem oſtédere uolés Ariſtoteles ĩ eo qui de ſeuſu & ſenſibili:cum duas aíalis opetatiões propiquas.ſ.ſenſum & memoriã tractaturus ꝓpoſuerat:& motum ipſum tangere uellet:eum ſub hoc noíe nõ expreſſit.ſed ea quæ ad motum de ſenſu cõcurrũt.exprimere maluit.ut affinitatem ipſius motus cum ſenſu & cum aíali nobis indicaret:dicés(puta ſenſus & memoria)& loco.ipſius motus ſubítulit(& ira & deſideriũ & oíno apetitus:& cũ iis gaudiũ & triſtitia):per hæc enim motũ aíalium ĩdicauit cũ aíalis motus ut patet ĩ libro de aía ab iis fiat.ſenſu.n.ĩteriori triſte aliqđ uel delectabile percipiés:ĩperáte apetitu:illud triſte animal fugit.uel delectamentum proſeqnitur. ira enim deſiderium & oío appetitus:hic poſita ſunt:nõ tãq̃ tales affectiões hic ptractandæ eſſent:cum de eis quátum licuit ĩ libro de aía contéplatũ ſit:ſed eas hic cũ ſenſu & méoria & aliis deduxit.ut p hæc motus ipſe aíaliũ q p hæc ꝓduciẛ ſub intelligaẛ.& quátũ aíali ac ſenſui ꝓpíquus ſit clare cognoſcatur.potiſſime cũ iſta p̃dicta ſenſu ipſo ꝓducantur. & ob id ét motum ipm ſimul cum opationibus aíali propinquis.ſ.ſenſu memoria & ſomno tractádum eſſe cõciperemus.Cæteꝝ ſomnũ & uigiliá ſeorſũ ab operatiõibus aíali propinquis ibidé enumerauit:& inter eas quæ minus ꝓpinquæ ſunt:qualis eſt mors & uita Iuuétus ;& ſenectus.Inſpiratio & expiratio appoſuit.nõ ut p hoc eas ab aíali remotas eſſe putaret:cũ oí ac ſoli aíali cõueniát nec eo ꝙ cũ aliis cõiugis eſſent ptractáde.Sed cum una eſſet de cõiugatiõibus quatuor eas cõiuga narrádo cõnumerare placuit:ſicut legétibus locum illũ palá fit Ex iis igiẛ ſatis declaratum eſt quatenus operatio quæ eſt aíalium motus.ſimul cum opatiõibus aíali ꝓpíquis tractanda ſit.Neque putes hunc librum qui eſt de cauſa motus animalium ĩ communi.Incipientem. (De motu aũt eo qui aíalium) aut illum qui eſt de progreſſu uel inceſſu animalium:fore ſuperuacaneum. ambo enim ad diſciplinæ huius naturalis complementũ fuere neceſſarii.& loca eoꝝ diuerſa.nam ille qui eſt de progreſſu:

mox post partes aïalium locari debet.quoniam rõnes quarundam. partium .s.earum quæ ad motum sunt ne-
cessariæ ad uolatum scilicet ad progressum natatiõnem & reptionem:seu utilitates & causæ in eo inquiruntur
quæ doctrina eius est pars q̃ partibus aïalium attinet.ĩ boc autem qui de motu ĩ comuni:ĩscribitur:causæ & ra
tiones in comuni motus aïalium instruũtur.quare inter eas quæ aïali sunt propinquæ operationes:poni debet
sicut ille in doctrina partium.hic.n.liber causas motus in comuni ille autem causas docet & rationes partiũ ad
motum deseruiẽtiũ.Hũc ordinem Themistii uerba ĩ fine eius qui de somno manifeste approbãt.(Quid sit som
nus quid ĩsomniũ & quãobrem utrũqꝫ animãribus iũctum item qualis nam diuinatio ea sit quæ proficiscit̃ ex
somniis dictum iam est:nũc de cõi animalium motu agendum uidetur)ipse etiam Aristotelles in fine huius li
bri:quæcũqꝫ de aïalium substantia operationibusqꝫ animali propinquis tractata fuerant:in uno epilogo per or-
dinem quo ea tractauerat collegit illum profecto qui est de motu statm post eum qui de somno subiũgẽs (De
partibus quidem igitur uniuscuiusqꝫ animalium & de aïa adhuc autem & de sensu & memoria & somno & co-
muni motu diximus causas.Relquum autẽ de generatione dicere)per partes eas etiam subintelligendo quæ ad
animalium motũ utilts sunt de quibus ĩ eo qui est de aïalium progressu disputatum est. quare per illam p̃ticu-
lam (De partibus quidẽ igitur uniuscuiusqꝫ aïalium & de anima) totam aïaliũ essentiam quæ ĩ materia ac for-
ma cõsistit:ante cetera ĩ ordĩe colligẽdo collocauit.per illud ãt(Adhuc ãt & de sensu & memoria & somno & co
muni motu)operatinnes aïali propriores & propinquas:post aïalinm essentiam ordinauit.motũ ĩter eas cõstitu
ens ultimum.Quibus iam expeditis & nũc collectis de secunda proposuit se tractatuꝝ parte.s.generatione di-
cẽs(Reliquum aũt de generatione dicere)per illud.n.aduerbium(Adhuc)libros de operationibus:q̃q̃ propĩquæ
sint:ostendit alienam ab essentia cõtinere tractationem & materiam.per illud uero(&)copulam primo loco po-
sitam:nobis indicauit:ꝙ ii de operationibus libri tametsi ab essentia alieni sint : & aliam tractent materiam ab
essentia naturali:in eadem tamen prima methodi de aïalibus parte comuni poni debent:nõ seorsum aliis inter-
positis:sed unus mox post alterum.iuxta prætaxatum ordinem.quod ex hac copula(&)hic plureis iterata nobis
indicare uoluit.Totus ẽt presatus ordo p̱ epilogũ in prĩcipio quinti libri de historiis huic simĩlẽ:approbatur.ibi
enim oïa eatenus dicta:essentiæ & opationibus propĩquis attinẽtia:in cõfinio primæ quæ est de animaliũ natu
rali essentia cum operationibus aïali ꝓpinquis:Collegit & de generatiõe quæ secũdæ attinet parti:agẽdum esse
ꝓponit.cum dicitur (Exposui partes aïalũ omuiũ tum interiores tũ exteriores:atqꝫ etiã de sensibus : de uoce:de
somno & quæ fœminæ maresue sint:satis iã probasse existimo. Restat Vt eorũdẽ generationes ꝓsequamur (Ec
ce quonammodo hic epilogus in substantia idẽ est cum prefato epilogo:nam hic & ibi eadẽ se tractatuꝝ pro-
ponit:& eadem utrobiqꝫ tractata:& eodem colligit modo.s.essentiã & opationes aïali propĩquas sicut.n.illic di-
citur (omnium animalium) ita hic dicicitur(uniuscuiusqꝫ animalis)sicut hic dicit̃(Adhuc autẽ & de sensu)pro-
pter cãm prædictã:simili modo illic dicitur (Adhuc aũt)eodem.n.hic & ibi græco usus est uocabulo(ἔτι)quod
latine sonat(adhuc)uel(item).licet Theodorus ĩ p̃fata littera ĩ sua trãslatiõe scripserit(atqꝫ).& sicut hic ista cõiũ-
ctio(&)plures iteratur:ita ẽt ĩ libro de historiis.licet Theodorus gaza illã copulã ornatus gratia p̃termiserit:cur
aũt ista iis ĩ locis artificiose posita sint:superius patefactum ẽ: ĩ historiis tamẽ posuit illã p̃ticulam (& q̃ fœmi-
næ maresue sint).& hoc ideo.quoniã ĩ causaꝝ cõtemplatiõe de mare & fœmina rationabili de cã ĩ libro de ani-
maliũ generatiõe agit̃.ut ibidẽ Aristoteles sic esse fiẽdũ ostẽdit:in historiis aũt ante generationẽ de illis docet̃.
Rationabile.n.fuit:cũ hic & ibi:eadẽ:& eodẽ fere tractasset ordĩe:eadẽqꝫ mox utrobiqꝫ tractaturus esset: ut hic
etiã & ibi similis fieret epilogus.eadẽ fere colligẽs:& eadẽ tractãda ꝓponẽs.q ẽt in eodẽ utrarũqꝫ partiũ loco di
sponeret̃.s.ĩ cõtermino primæ ac secũdæ p̃tis.dixi ãt(fere)quoniã nõnulla sunt q̃ ĩ cõtemplatiõe causaꝝ tractã-
tur quæ tamen in historiis non narrantur.sicut est anima.sicuti est memoria:& si quid aliud tale fuerit . præter
pauca enim eadem hic & ibi:& eodem fere ordine:tractantur. Hunc etiã ordinem posterioꝝ ordo demõstrat.
Completa.n.prima parte quæ est de naturali aïalis essentia:& eẽntiæ opationibus:& cõpleta secũda quæ est de
generatiõe ad tertiã ĩ historiis iã accedẽs utrasqꝫ prio colligit priores:& quæ tractãda fuerãt de aïalibus metho-
do ĩ tertia parte ꝓposuit.dicẽs ĩ octaui principio.(Generatio & reliqua aïaliũ natura ita se habet) hoc de secũ-
da & prima parte.(Actiões aũt & uitæ pro moribus uictuqꝫ differunt) hoc de tertia parte. Quẽadmodũ itaqꝫ ĩ
fine primæ ac secũdæ partis:eas duas iã expeditas collegit in prĩcipio octaui de historiis:& de tertia p̃te se tra-
ctatuꝝ ꝓposuit.Sic rõnabile fuit ĩ fine prioris p̃tis collegisse primã:& secũdam ꝓposuisse.quod utrobiqꝫ factũ
fuit.& ĩ historiis :& ĩ caꝝ cõtẽplatione.Aduerte tamẽ ꝙ uerboꝝ ordo ĩ matre græca positus p̃fatũ triuni p̃tiũ
magis demõstrat oridinẽ q̃ theodori ĩterp̃tatio. sic.n.græce scribit̃ τωμεν ουν περι την φυσιν των ζωων:κα
ι την γενεσιν τουτονεχει τον τρι ζων. Quod ad litter sic interp̃tat̃.(Quæ igit̃ circa naturã aïaliũ:& genera-
tionẽ hũc habet modũ).In qbus uerbis natura prio aïaliũ secũdo generationẽ se p̃tractasse demõstrat. Hoc di-
xisse uolui de ueritate illius generalis epilogi.eo ꝙ ex illius certa ac mãifestissima ueritate plurima quorũdam
philosophoꝝ circa physicæ doctrinæ ordinẽ: male scripta fuisse manifestabunt̃. Et hæc de ordine libri q de cã
motus aïalium dicit̃:& generaliter oïum libroꝝ primæ p̃tis q tã de aïaliũ eẽntia naturali: q̃ de eoꝝ opatõibus
ꝓpinquis agunt:tam historiis q̃ caꝝ cõtemplationi attinentibus:satis dicta sint. Veꝝ id quo potissime oïum
dictoꝝ ordo approbat̃:& p̃fatus epilogus uerificat̃:est maxïa tractatoꝝ oïum ĩ theoria caꝝ cũ iis quæ de aïa
lium historiis tradũt̃:conformis respõdentia.qđ ut clarius fiat:tota utriusqꝫ sumatim colligat̃ disciplina Nam
libro primo huius primæ p̃tis.s.libro de p̃tibus:in historiis ea prima pars cõgruit q̃ ẽ liber primus liber secun-
dus & pro maiori p̃te tertius & quartus.quæ pari rõne de p̃tibus aïaliũ historia nuncupari põt.est enim de so-
lis p̃tibus sola narratio & historia.Ei uero q ẽ de p̃tibus ad motũ utilibus ĩ theoria causaꝝ cõtẽto:nihil ĩ histo
riis determinati correspõdet.Sed plurima hicinde de iis sparsim tradita sunt.ei uero libro q est de aïa de aqua
in caꝝ theoria fit contem platio:ob causam superius memoratam nihil ĩ historiis determinati correspõdet.Ei

aũt qui in cauſarũ theoria de ſenſu & ſenſibili dicit:ſuo loco ĩ hiſtoriis poſt aĩaliũ eſſentiã:Pars ea correſpõdet
qua in poſteriori parte quarti libri ſic ſcribit(Partes animaliũ interiores exterioreſq́ generatim tũ propriæ tũ
comunes ita ſe habent.nũc de ſenſibus diſerendũ eſt).ei uero libro qui de ſomno & uigilia iu cauſaꝝ contem-
platione ponitur:ea quoq́ ſibi congruit pars in qua circa finem quarti libri de hiſtoriis poſt ſenſum ſic ſcribi-
tur(De ſõno & uigilia aĩantiũ nulla q̃ſtiõis obſcuritas ẽ)Cæteꝝ ei qui ẽ de motu in cõi in cauſaꝝ theoria poſi
to::nihil in hiſtoriis determinate correſpõdet.Huic autẽ epilogo totius primæ partis quæ eſt de aĩalium eſſen-
tia ac operationibns animaliũ ꝓpinquis generali:in fine ultimi libri illius primæ ptis q eſt de cã motus in cõi:
debito loco poſito.illa aduerſatur littera q̃ in fine libri de partibus aĩaliũ ſic inuenitur(Sed de partibus aĩalium
quã ob cãm quæq́ ſint dictũ iam eſt per oĩa animalium genera.quæ cũ explicata ſint ſequitur ut de generatio-
nibus ipſorum diſeramus). Cuius contraditionis ueritas in poſterioribus declarabitur. iis expeditis ad ſecun-
dam partem quæ eſt de an[i]malium generatione accedamus.

Ordo particularis ſecundæ partis methodi de animalibus & eſt liber de generatione aĩalium. Caput. XI.

Ecunda pars methodi de aĩalibus eſt eoꝝ generatio.nã eẽntia materiã q̃ ſunt partes & formã q̃ eſt aĩa:
ſ cõtinet:generatio ãt eſt tanq̃ efficiẽs cã quare neceſſe fuit de ipſa tractare generatione: tanq̃ de cã quo-
quomodo mouẽte:de qua primo de generatione:poſtq̃ de materiali formali ac finali cã ſe prius tractaſ-
ſe dixerit:tractãda ĩpoſteꝝ exponens ſubdit.Reſtat ut de partibus q̃ ad generationẽ ptinent diſeramus. de qui-
bus nihil adhuc definitũ ẽ.atq́ etiã de cã mouẽte q̃nam ſit ſed de ea ipſa cauſa conſiderate:idẽ quodãmodo ẽ
atq́ de generatione cuiuſq́ agere).Hæc pars ſecũda unũ habet librũ:q de animaliũ generatione dicit.qui inci-
pit(Cũ de cæteris aĩaliũ ptibus tũ ſumatim tũ ſingulatim &c.)in quinq́ diuiſum uolumina.in q̃bus qcq̃d tra-
ctat ad aĩalium generationẽ & alimẽtũ quoquomodo referri debet. Ordo aũt eius eſt. quoniã ad eũ mox ſeq̃t
qui de cauſa motus animaliũ in comuni nuncupat.Poſt eſſentiam enim & eſſentiæ propinquas operationes:in
genere pertractatas : quarum ultima eſt motus: generatio ipſa uti ſuperius probatũ eſt ſequi debet.Hoc quoq́
eo approbatur teſtimonio quo in principio quinti de generatione ſic ſcribitur) Etenim ut in initio diſputatio
nis noſtræ dictum eſt : non quia tale quid gignitur quodq́ ideo tale quid eſt ſcilicet in iis quæ ſtatuta deffini-
ta & certa naturæ ſunt opera:Sed potius quia tale eſt.Iccirco tale & gignitur.Subſtantiam enim generatio ſequi
tur:& ſubſtãtie gratia eſt non ipa:generationẽ)Huic ordini teſtimoniũ quoq́ dat epilogus in fine de motu aĩa-
lium ſupraſcriptus:quo ſcribitur.(De partibus igitur cuiuſq́ aĩalium:& de aĩa adhuc aũt & de ſenſu:& memo-
ria & ſomno:& cõi motu:diximus cauſas reliquum aũt de generatione dicere).Iis etiam congruit ordo eoꝝ q̃
ĩ hiſtoriis diſpoſita ſunt.nam poſt partes ipſas:poſt ſenſum & ſomnum:ꝑtermiſſa aĩa memoria & cõi motu de
quibus nihil in hiſtoriis determinati agit:de generatione aĩalium in principio quinti agere incepit.Illis.n.quæ
in quarta cõtinent pte in quatuor de hiſtoriis iã expeditis:in quinto iam ad aĩalium generationẽ quæ eſt ſecũ-
da pars debite tranſiuit:Sic ẽt Theophraſtus de plantis ſcribens.Ariſtotelis p̃ceptoris ſui obſeruatiſſime doctri
ne aĩalium ueſtigia ſequens: poſt plantaꝝ ſubſtantiam:ſubſtantiæ quæ affectiones:in iis quæ de hiſtoriis plan
taꝝ ad generationem ſecundo loco ꝓceſſum fecit.Et hæc ſufficienter de ordine ſecũdæ ptis methodi de aĩali
bus q̃ unicũ hẽt librũ ĩ q̃nq́ diuiſum uolumĩa.ſ.de generatiõe aĩaliũ:dicta ſint q̃uis ĩ ſupioribus ac ĩferioribus
pluria & dicta & dicenda ſint quæ p̃ſato huius ſecũdæ ptis ordini phibẽt teſtimonia. Nũc uero de tertia pte
methodi de aĩalibus q̃ ẽ uita & mors cum ſibi cognatis diſputandum.eſt.Si prius tamẽte admonuero q̃ littera
in fine deptibus ſupioribus dictis cõtraria:nullã ĩ ſe habeat ueritatẽ:imo falſa uel uiciata fuit:ueluti paꝝ in
ſupioribus:in poſterioribus uero cõpletius demõſtraturi ſumus.

Quod cognitio quæ ẽ de uita & morte & iis cognatis ẽ tertia ps totius methodi de aĩalibus. Caput XII.

Ertia pars methodi de aĩalibus eſt uita cum morte iiſdemq́ cognata . prior eſt enim aĩalium eſſentia
t poſt hoc per generationem quæ eſt animæ pricipatio nutritiue in callido aĩali:eſſe habent aĩalia.cum
quo uita quæ eſt eius mãſio comes fit.quam uitam p diuerſos trahunus ſtatus.nunc longam nũc breu
em:nũc iuuenes nunc ſenes:refrigerium a continente in uitæ conſeruatione capientes:nunc ſani nunc ægri.Tã
dem poſt uitæ huius naufragia plurima:morimur omnes.Hæc tertia pars in eo operationũ cõſiſtit genere:quæ
non animali ꝓpriæ aut propinquæ:ſed remotæ magis ſunt. Remotas.n.ab aĩali eas dicimus quoniã pluribus q̃
ſint animalia.ſ.uiuentibus omnibus cõueniũt.q̃ ſunt uita & mors.iuuẽtus & ſenectus.langor & ſanitas inſpira-
tio aũt & expiratio licet ſolis:non tamẽ oĩbus cõueniũt aĩalibus.Et cũ in ſuperioribus dixerimus duo eſſe ope
rationũ genera:unũ eſſentiæ propinquũ:alterꝝ ab ea remotu: ex q̃bns quatuor Ariſtoteles in libro de ſenſu &
ſenſibili traxerat cõiuga nũc dicimus q̃ par unũ illoꝝ de propĩquo trahitur genere.ſ.ſomnus & uigilia. tria ue
ro reliqua paria de ſecundo operationũ dicimus fore genere.ſ.de remotioribus.Dicimus igit q̃ hæc tertia pars
quæ eſt totius methodi de animalibus ultima:de ſolis eſt aĩalium operationibus non ꝓpinquis q̃ ſunt tria cõ-
iuga:a ſola natura proficiſcẽtia.ſ.uita & mors. iuuẽtus & ſenectus.inſpiratio & expiratio.q̃q̃ uuum aliud quoq́
cõtrarioꝝ par in natura ſit animalium:quod non inter iſta ſed potius poſt iſta cõputari debet.q̃ ſunt langor &
ſanitas.quæ quidẽ & ſi uitæ ſint ſtatus & ante mortẽ in natura eueniant:nõ ꝓpter hoc ante necis tractatum de
uis pertractari debet.cũ iam uti diximus naturæ limites claudãt.& ſaltu quodã poſt eas res q̃ a ſola fiunt natu-
ra:inter naturã & artẽ inter phyſicũ & medicũ:artiſicẽ:cum utriuſq́ ſint opera:tanq̃ cõterminæ ſe accomodẽt.
de quoꝝ ordine plura in inferioribus dicẽda ſunt . Ordo huius tertiæ partis ad p̃cedẽtes iis ẽt approbat teſti-
moniis.In octauo.n.de hiſtoriis animaliũ in prnicipio ſic ſcriptũ reperit(Generatio & reliqua aĩaliũ natura ita
ſe habet actiones aũt & uitæ pro moribus uictuq́ differũt). Nam expeditis partibus & opationibus ꝓpinquis
ĩ quatuor primis libris:expedita ẽt aĩalium generatiõe ĩ q̃nto ſexto & ſeptĩo:quæ eſt ſecũdi methodi de aĩali-
bus ps:mox ĩ octauo uitam uitæq́ cognata aggeditur:quæ ſub tertia conſtituunt pte talis ergo hiſtoriaꝝ cũ

